Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

uitare supplicium. Igitur cum hec per
omnes fama iactaret. in alieno ca
su sui quisque misertores coeunt omnes
ad episcopum. clamant esse soluendum que
etiam pena ingereret absolutum. Ve
nit cum omnibus ad monasterium. nec ut
solebat lenis. sed plurima auctorita
te sustinetur sic alloquitur reuinctum
Satis exhaustum est penarum. crede
uictorine mi si credis deo tecum enim
hic iam meum agit sacerdotium. quod
petro a christo contulit. cuius nos heredes
sumus. si in celo soluitur quod infra soluitur.
quia quod ligatur infra. ligatur in celo.
cum uideam tibi etiam ipsa uincula
iam parte que cernimus laxiora.
Soluo in terra. quem solutum confido
apud regem celorum. Sed postquam hec
episcopus est locutus. statim ad reserandum
arborem artificum manus et multitu
do colligitur populorum. Et uictorinus
cum ne … quiret resistere. nec
sit optata feren… ret absolui. petit eb
doma… ant non se de unius ieiunium. ut
cunctis … se oratione et ieiunio
iuuanti… bus solueret. Impe
trat hic statim. quia non longe distu
lerat. Et ne minus crederet dolor ali
enus. impleta ebdomada cum populo
Omnis etas Credit episcopus
utriusque sexus accurrit. mag
nis minimis terra densatur.
scinditur tectum monasterii. uicine
arbores onerantur. clamor idem om
nium beatissime papa absolue. quem
absoluit deus. Tunc episcopus exerta
manu facto silencio sic locutus est.
Expletum est uictorine ieiunium
quod petisti. redde quod promiseras.
stet sermo quem dixeramus. ne iterum

mentiendo pecces. et iam non est alia pe
nitencia. Tunc sanctus uictorinus ut
se uerbis constrictum uidit. eleuans
ad celum uultum post triennium quia ele
uare uincula non permittebant manus.
oblatoque prius a sacerdote sacrificio al
te congemiscens. sic locutus est. Deus
pater unigeniti tui filii domini nostri ihesu
christi. cum quo per spiritum sanctum uniuersa fun
dasti. per quem hic mundus diuisa est spe
diuisus. qui es omnium creaturarum
reparator et conditor. per quem homo et
factus et rectus est. per quem et concessa est in
mortalitas et uicta mors inducta per
diabolum. sed subacta per christum. per quem
eleuati secundum natiuitatem sumus. si tamen
peccare desinamus. quia prima peccando
uoluimus. per quem hunc lucis uisum
cum fide conmerui. meque uita sine fide
priuaui. a quo mundi censum cum luce
suscepimus. ob quem mundi censum
per inmortalitatem distraximus. ut pura
tibi seruicia exhiberemus. si te pura
mente secutus sum ut essem perfectior
et a fide discessi. si te omnibus preposui affec
tibus. si te innocentibus siluis so
lum quesiui. si te in illo mee carnis
ergastulo semper oraui. si et quod sum
deceptus a diabolo misericors fui.
si non quod persuasus sum admisi sed tamen
uolui tibi sine teste peccaui. si ad te
statim lapsus cucurri. si tibi me re
um cum fide optuli. cum sine fide deliqui.
si ut satisfacerem delicto huic nolui
me subiacere periculo. si me reum feci ante
iudicium. si ad te cum mea pena festi
no. si satisfeci pene conuerte sententiam. sit
absoluti testis hic populus qui est te
stis addicti. si iam mereor ueniam
solue uincula mea. si adhuc pena